





Gesamtband I.

Nr.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.



Nr. Praefides

1. Blotius De statu et jure personarum.
2. Neander - consuetudine
3. Boots - absentia
4. Heingelmann - jure publico Romano.
5. Sphetius - mundanis solemnibus.
6. Brunneham - Regalibus.
7. Budaeus - jure gentis Austriacae in Hispaniam.
8. Beckmann - Dicasteriis, Camerali Civico, Potestati.
9. Bruescherch - Majestate.
10. Crusius Hoc est Jusfolga dei Romae. Jussu Britanniae
11. Theodoricus - jure divino Imp. Constitut. promulg.
12. Seyher - justitia proportionibus.
13. Nerger - Corvini Digesta per aphorism. explicata
14. Sphetius - administratione Justitiae
15. Pesting - reddita terris e caelo iustitia.
16. Bratorius - Justitia
17. Bodinus - jure mundi.
18. Pauli - prudentia Imp. Romanorum.
19. Sphetius - prudentia juris Romani.
20. Foller - Jctio Mathematica.
21. Beier - Jctio erubescere loqui sine lege.



Nr. Praesides.

22. Beckmann De media Jurisprud. Actor Rom.  
23. Kestner - pietate in jure.  
24. Ellwerth - jure Actoris.  
25. Neander - pignoribus.  
26. Amstel - Miscell. juris theses  
27. Hoheisel - retorsione jur. Statutariorum.  
28. Thomajus - usu pract. doctr. de culpaeum  
prepat. in contractibus.  
29. a Felde - sine Acti  
30. Struo. - Salinis Hallensibus.  
31. Beyer - Manibus.

32.

L

L208,





6  
99

De Modo habendi Majestatem  
 SUB PRESIDIO  
 M. JOHANNIS FRIDERICI Horns/  
 PUBLICE DISPUTABIT  
 CASPARUS CHRISTOPHORUS à MAXEN.

A. D. XX. A.  
 PRIL. Anno  
 cIo lOc LXI.

FELICITER!



Monarchicum Rerumpublicarum gen<sup>o</sup> cōsortis impatiens est, & in civitate unā plures potestates regnatrices ignorat. Gaudet imperantis unitate: accedente socio imperio, vel mutatur, vel perimitur. Non uno interim & æquabili tenore procedit ubique; & sibi similem speciem non semper servat, aut omnibus ostentat. Dantur regna, quæ omne arbitrium quidlibet statuendi permiserit principi; qui vim dominandi, nullis legibus conventisve adstrictam, liberrimo nisu exferit: & quicquid è re publici egregii sperat fore, sine cujuscunque intercessione aut consensu, determinat atque designat. Plurimæ quoque Civitates moderata imperia sibi fecere; ausæ, quasi aggeribus positæ, regnantis potentatum coërcere; ne in infinitam licentiam, & suis injuriosam exundaret. Jamdudum est, quod Europæ cultissimi populi, nullis vinculis alligata sceptrâ deprecati sunt. Sive intractabilis bellicosæ gentis ferocia adstrictum gubernatoris repagulum pulsavit, & severæ dominationis jugum excussit: sive generosa sublimioris spiritus libertas servilem conditionem indignabunda detestata est. Hinc, qui interiorem Reipublicæ cognitionem quærunt & usum in MODO HABENDI MAJESTATEM, non ignobile exercitationis inveniunt argumentum. Cujus ingenium paucis intuebitur.

II. Duplici ergò Majestas habetur modo: uno absolute; altero sub conditione limitate. Istò integrum imperium Principi permissum est; ut pro lubitu & liberrimo arbi-

A  
 trio



(a) c. 5. 17. de  
Off. Princ.  
Christ. (b) Ve-  
litas. con. Bu-  
chan. (c) de Ci-  
ve. c. VII. a.  
XVII.

trio de quacunque civili re queat disponere : hōc certis pa-  
ctis conventis limitatur , & suis conditionibus circumscri-  
bitur, quas in actionibus observare tenetur Rex. CUNERUS  
quidem, (a) & WINZETUS; (b) ac novissimè THOMAS HOBBS,  
(c) negant, posse constare pacta, quibus deminuitur pote-  
stas Principum : quod eadem cœlitus oriunda, incunabula  
sua DEO debeat. quare absonum esse, divinum factum huma-  
næ exponere libidini, quæ profanâ decerpit manu, quod  
nefas est atrectare. Sed usûs observantia contrarium pro-  
bat : & videmus in laudatissimis Rebus pulicis reperiri pa-  
cta, quæ probabilem & speciosam causam secum habent.  
Ipsam Judaicorum Regum potestatem suis aliquando can-  
cellis circumseptam fatebitur, qui contextum ejus civitatis  
fixis oculis spectare sustinebit. Majestas quidem agit secura,  
& detruncationē nullam meruit: quod in imperii sacra nul-  
la humana vis pertingat: actualis interim jurium usurpacio  
sufflamatur. Exercitium terminatur: non extinguitur ali-  
quod Jus Majestatis.

III. Non satis sinceri vultus Magni GROTIJ videtur  
(d) L. I. d. J. partitio, qua modum habendi dispefcit. (d) *Altera cautio*  
B. & P. c. III. *hæc esto. Aliud esse de re querere, aliud de modo habendi, quod*  
§. XI. *non in corporalibus tantum, sed & in incorporalibus procedit. Ut e-*  
*nim res est ager, ita & iter, actus, via. Sed hæc alii habent jure ple-*  
*no proprietatis, alii jure usufructuario, alii jure temporario. ita*  
*summum imperium Dictator Romanus habebat jure temporario:*  
*reges denique tam qui primi eliguntur, quam qui electis legitimo*  
*ordine succedunt, jure usufructuario: at quidam reges pleno jure*  
*proprietatis, ut qui justo bello imperium quaesiverunt, aut in quorum*  
*ditionem populus aliquis majoris mali vitandi causa, ita se dedit,*  
*ut nihil exciperetur. Suspecta divisionis nomina. Pleno Jure*  
*proprietatis haberi imperium, salvis principiis civilibus, ad-*  
*mittere non possumus: nisi hoc loquendi genus, leniori in-*  
*terpretatione ad commodum sensum transferamus. Mal-*  
*lem GROTIUS omisisset quoque jus illud usufructuarium; quod*  
*indifferenter regibus, qui primi eliguntur, quam qui electis*  
*legitimo ordine succedunt, assignat. Planè non congruit*  
*huic*



huic materiae. Difficilis & periculosa applicationis sententia: si quando eandem ad naturam usufructus, & regni ele- & civi contendamus.

IV. Nobis universali distributione Modus est vel Absolutus, vel Limitatus. Ad primum ordinem referimus imperium, quod nec ad tempus terminatur, nec potestatem ullis conventionibus coarctatam habet. quando disponendi Jus, & alienandi facultas Principi assidet: ut successor à rege constitui, quasi testamento, etiam extraneus possit. Altero modo Majestas limitatur, intuitu vel temporis, vel exercendae potestatis. Quoad tempus restrictum eorum regnum est, qui non perpetuo, sed ad praestitutum ac definitum spatium imperant: quales Dictatores Romanorum, & Graecorum Aëlymnetæ. Valdè probabili discursu removeri posset Politicorum opinio, arbitrantium; perpetuitatem ad naturam Majestatis referendam, & ideò, qui temporario imperio gaudent, Magistratus & Administratores appellandos esse. Facile largimur, sublato interregno, vel dictaturâ depositâ, Majestatem Interregi, & pridem Dictatori nullam constare. Idem judicamus de Graecorum Aëlymnetis, Heduorum Vergobretis, & si qui alii hujusmodi occurrant imperantes, quos, summâ potentiâ & auctoritate praeditos, praefinitum temporis spatium ad privatâ sortis stationem reducebat. Sed illud judicium quod cum aliis habet Nobilissimus GRASWINKEL, minimè concedimus. (e) Administrabant hi & repræsentabant Majestatem, suo quisque modo, Jur. Majest. non ut propriam possidebant: erat enim ipsius regni. Hoc c. X. rerum statu revera fuisset Democratia.

V. Ex Romanis monumentis certum est, unum exercuisse omnia Jura, concessio quidem à Populo imperio; sed jam usurpato propriis auspiciis, non ad ductum & arbitrium alterius; sine cujusquam intercessione. Quanta fuerit dignitatis olim Dictatura, vel unius L. Papirii Cursoris, cum universo Populo contentio documento fuerit. Reus agebatur Q. Fabius Maximus Rullianus, Magister equitum, quod spreto imperio Dictatoris cum Samnitibus congressus erat.



Nihil frementis exercitus, & tantum non tumultuantis clamor profecit, quò minus à lictoribus jam spoliaretur Magister equitum. nihil Patris senioris aetas, nihil auctoritas Senatus movit irritatum Papirii animum. Frustra Tribuni Plebis appellati: frustra provocatum ad Populum est. Prævalebat Dictatoris summum imperium: donec oranti universo populo & Tribunis, precarium non justum auxilium ferentibus, donaretur. Videatur Livius. (f) Habebat igitur in civitate ubique summam potestatem; habebat Majestatem.

(f) L. VIII. c. XXXI. seq.

VI. Optimè hoc GROTIUS observat laudato loco: Neque illis adsentio, qui Dictatori negant fuisse summum imperium, quia perpetuum non erat. nam rerum moralium natura ex operationibus cognoscitur: quare quæ facultates eisdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ sunt. At dictator intra tempus suum omnes actus eodem jure exercet, quo rex, qui est optimo jure; neque ejus actus ab alio reddi irritus potest. Duratio autem naturam rei non immutat. Sanè tempus extrinsecum accidens intimam constitutionem potestatis non penetrat. Unde Aristoteli Æsymnetarum monarchia, quæ Romanorum respondet Dictaturæ, inter tyrannides refertur; hoc est, inter absolutissima regna. Nec aliâ differentiâ separatur à Barbaricâ tyrannide, seu Barbarorum illimitato regno, quàm quod non sit patria vel avita. De hac ita Philosophatur: (g) Est autem hoc Monarchia genus planè tyrannicæ optiva, seu suffragio & consensu Populi delata: quæ à Barbaricâ tyrannide differt, non eò, quod non sit legi consentanea: sed eò, quod non sit avitaneq; patria. Hoc autem imperium obtinebant alii per omnem vitam, alii usque ad præfinita tempora, & ad certas res gerendas. Concludit: Hæ igitur Monarchiæ & sunt & erant, propterea quia sunt tyrannicæ, heriles & dominorum propriæ: sed quia sunt optivæ, populique suffragio deferuntur, & quia in voluntarios usurpantur, regales.

(g) L. III. Polit. c. XIV.

VII. Proximè accedit Majestati absolutæ Dictatoris potentia, quæ potestatis limites agnoscit nullos; durationis saltem præstitutum finem habet. Nisi illud adicias, tale



tale regnum temporarium alienari non posse. Quamvis alienandi facultas nihil confert vel juri vel exercitio Majestatis. GROTIUS etiam de natura summitatis non esse potestatem alienandi imperii arbitratur, cum & inferioribus competat. (h) Quod autem hucusq; monuimus, distinguendam esse summitatem imperii ab habendi plenitudine, adeo verum est, ut non modo pleraq; imperia summa non plene habeantur, sed & multa non summa habeantur plene: quo fit ut Marchionatus & Comitatus facilius vendi & testamento relinqui soleant. (h) d. l. §. XIV

VIII. Dictatoriae interim potestati nolim adungere auctoritatem Tutoriam, quoties regni hæres infans est: quod facit GROTIUS: *Atq; idem, inquit, dictum volo de his, qui antequam Reges ad suam tutelam pervenerint, aut dum furore, aut captivitate impediuntur, curatores regni ita constituuntur, ut populo non subsint, neq; ante legitimum tempus potestas eorum sit revocabilis.* Si tutoribus Majestas competit, nequit eadem residere penes infantem regem: quod innuere his verbis videtur GROTIUS: & simul aperte statuit Hermannus Kirchnerus: (i) *Majestatis & regni jura nondum natos esse, qui per etatulam nondum intelligunt, quid agant, qui de videant ignorant, quiq; Republicæ attingere frenos, tanquam altioris Bucephali, nondum possunt, sed ad spem saltem imperii adolescunt.* Non satis congruit principiis Politicis hæc sententia. Infans successor, non spem, sed facultatem ac jus imperandi habet; cujus executores & administri sunt tutores: qui jussu auspicioque Domini regimini moderantur, propria potestate destituti. de quo alibi. (i) L. I. de Legat. c. III, n. 48. 49.

IX. Ad limitatum imperium magis accedunt, quotquot circumscriptam habent regnandi normam. quando certis conditionibus in solium admittitur regnator, & per determinata pacta & juramenta civibus promittit, ad quæ jure naturali non erat obstrictus. Dupliciter obligari posse imperantes GROTIUS putat; obligatione cadente in exercitium actus, vel in ipsum jus. *Fatendum tamen, verba sunt Grotii id ubi sit, arctius quodammodo reddi imperium, sive obli-*



gatio duntaxat cadat in exercitium actus, sive etiam directè in ipsam facultatem. Priore specie actus contra promissum factus erit injustus, quia, ut alibi ostendimus, vera promissio jus dat ei, cui promittitur: altera autem specie erit etiam nullus defectu facultatis. Neq; inde tamen sequitur, ita promittente superiorem dari aliquem; nullus enim is actus non redditur hoc casu ex vi superiore, sed ipse jure.

X. Circa primam obligationem, quæ exercitium determinat, nulla difficultas restat. Nam experientia illam confirmat, & civilis ratiocinatio nihil absurdi in illâ reperit. Summitas Majestatis non perit, quia superior non datur: nec jurat imperatury imperio superioris adactus; sed sua sponte, approbans consignatas condiciones. Consentiant eligentium & eligendi voluntates: non imperant invicem & parent. Imperii autem modum, etiam quando absolutè regnatur, statuere, non boni tantum Principis, sed prudentis etiam est. Obligationem, quæ cadit in facultatem ipsam, non temerè concesserim. Sic enim non erit Majestas limitata, sed destructa. Quod impedit facultatem, tollit aliquod jus Majestatis: quod citra totius interitum accedere minime potest. Nam ut conjunctim habeatur Majestas, hoc est, ut omnia jura adsint, nec ullum desit; id verò est de definitione tam simplicis, quàm mixtæ Reipublicæ. Quò sensu dicitur in indivisibili consistere Majestas: quod non liceat decerpere aliquod jus proprium & essentielle, nisi corruptum velis integrum. Id forsan communi concessione largiri possis, aliquod jus transferri ad proceres, & de hac translatione publicè solemniterq; caveri: sed tum non tollitur jus aut extinguitur; sed alteri communicatur, & servatur in Republicâ. de quo tamen non videtur loqui GROTIIUS, quum illud in sequentibus tractet. Quare transferri fortean poterit jus aliquod, non impediri, non annihilari. Quò controversiæ statu & CUNERI & WINZETI & HOBBIÏ assertio verissima est.

XI. Integra Majestas manere debet etiam in limitato modo, ut verè imperans & summus Rex sit: licet conditio-

tio-



tiones fundamentales aliquos ponant terminos; & imperans ad quaedam civilia se se obliget: ad imperii rationem pertinentia. Nam Majestas tunc superiorem non habet; sed exercitium in aliquibus definitum est. Optimè Grotius. (k) (k) l. c. XVI. Tertia observatio sit, non desinere summum esse imperium, etiamsi is, qui imperaturus est promittat aliqua subditis aut Deo, etiam talia, quae ad imperii rationem pertineant. Nec jam de observatione juris naturalis & divini, adde gentium, loquor, ad quam reges omnes tenentur, etiamsi nihil promiserint, sed de regulis quibusdam ad quas sine promisso nunquam tenerentur. Verum esse quod dico ex similitudine patrisfamilias apparet quasi quid familiae facturum se promiserit, quod ad familiae gubernationem pertineat, non eò desinet in suâ familiâ jus summum, quantum fert familia, habere.

XII. Minimè dandum est, quod asserit THEODORUS GRASWINKEL: (1) Tali ergò in regno qui regnat, is non regnat ut rex; id est, non regnat ille aut per se, aut suo jure, & quoniam Rex sit, sed quia ad hoc ipsum, ut regnet scilicet, à Regno in regem est subvectus. Quod additum regnat regno debet; quod remissius, eidem regno, & legi à regno datae. Non ille ibi ut Dominus consideratur absolute summus, sed ut regni administrator, aut dispensator, quanquam ceteris sublimior. Idem ille quatenus in administrantem ac dispensantem Domini cadit aut nomen aut aequalitas, etiam Dominus vocatur: sed verbotenus duntaxat, & pro eminentioris dignitatis prerogativa. Reverà rex est, licet modò remissius, modò adstrictius regimen victorum habeat. Residet namque potestas summa penes hunc, quamvis se ubiq; non exerat aequaliter. Administrator Magistratus est, qui id distat à limitata Majestatis Rege, quod servus à Domino.

(1) de Jur.  
Maj. c. XI.

XIII. Non reponimus ad hanc classem Reges, solo nomine tales, qui omni tempore revocabile imperium & precarium possident; quibus Majestas nulla competit. Re-  
quæ iterum GROTIIUS: Aliud censendum de his qui jus acceperunt quovis tempore revocabile, id est precarium, quale olim Vandalorum regnum fuit in Africâ, & Gothorum in Hispaniâ,  
cum

§. XI.



178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

XIV. Caterum regnum limitatum contemplationi nostræ præcipuè sistit, Restrictionis normam, vinculum & effectum. Norma continet Leges fundamentales, quas vocant, seu conventorum seriem, quibus vota eligentium & stipulantium comprehenduntur, implenda & confirmanda imperaturi fide ac juramento. Ita dictas aliquis putet, quasi fundamentum sint futuri regiminis, & exemplar Reipubl. gubernandæ. Leges tamen improprie dicuntur. Non sunt veræ leges, quæ à Superiore non feruntur; quæ Majestatem non laudant causam. Populus stipulans & mentionem faciens Superior non est Princeps, nec imperio civili gaudet. Conditiones sunt illæ leges, quæ pacti & promissi ingenium præse ferunt. Nam in contractibus illam quoque formulam observamus, ut aliquid tali aut tali conditione ac lege fiat, etiam tunc, quando pares inter se paciscuntur. Quæ habet THEODORUS GRASWINKEL de legibus in regno, quod sub conditione defertur, falsâ hypothesi nituntur. Tum, inquit, (m) Ipsi Regi lex dicta est, & quidem etiam (si non electione, sed nascendi sorte regnum defertur) posteris illius, dicta quibuscumque successuris, & quam diu stabunt suo loco regni ipsius res ac rationes, dicta lex est in omne ævum. Hos casus universatim verum est, legem dicentis partes superiores esse præ-

(m) c. X.



*præterquam sicut illius, qui legem accepit: quæ se legi, quam accepit, jam tum submitit, & submittere tenetur: qui si abnuat, etiam adigi possit, constringi ac cogi.*

XV. Vide quàm durissima effata colligantur, si vox Legum fundamentalium non ritè explicetur. Si Lex fundamentalis, propriè dicta lex est, auctoritatem habebit à Superiori. Populus eligens introduxit legem fundamentalem. Superior itaque sit oportet eo, cui præscripta est. Præterea legis vis & anima in obligatione posita est, & nisi obferretur, pœna vindicæ sui neglectum ulciscitur. Si Princeps igitur dictis audiens non fuerit supplicio in obediãtiã redimet. Hæc indubitato sequuntur, si priora concessa sint. Vide quàm exiguus principio error ingentem molem absurdorum post se trahat. Omnes illæ inciviles conclusiones Legi fundamentalis, si concipiatur ut propriè dicta lex, ortum debent. Initio separamus Rempubl. Democraticam aut Aristocraticam, quæ à dinstar Monarchiæ administrationis modum formant; & unum aliquem præcipuum Magistratum creant, qui sæpe nomen Principis gerit, sed cætera nihil cum Rege commune habet; cum subiaceat consiliis & decretis multitudinis aut Optimatum. Separamus hunc primum procerum, hunc Magistratum plebejum, à Principe cujus exercitium Majestaticum sui ipsius promissio inhihetur. Videmus, si considerem⁹ penitus rem, quàm nihil his inter se conveniat. Quando leges fundamentales introducendæ sunt, populus vel populi nómine Optiones ejus, certa beneficia sibi cupiunt indulta, aut Principem futurum monent, si eligi velit, ut hoc aut illud jus ne tyrannica sævitiã, aut severo dominatu in civitate usurpet, aut quodcunque tandem id sit, quod excipitur: Eligendus pollicetur, se sanctè præstiturum promissã, & pactis implendis daturum operam. Hæc promissione tenetur, non superioris præcepto.

XVI. Sat validum erat Eligendi promissum ad obligandam fidem: sed quum hominum animi interdum varii & fluxi essent, repertum est religionis vinculum, quod con-



cineret arctius pacta, & conditionibus placitis vim & efficaciam conciliaret. Inde mos, juramentis urgere imperantis conscientiam, ut Princeps conceptis verbis juret, se sanctissimè promissorum fidem exsoluturum. Quanquam interdum contingit, ut honorifica subditorum de imperatore opinio & erectior spes satis fiducia ponat in verbis promittentis, & optima quæque sibi polliceatur: nec perpetuum tamen illud est, & sapius Deus dicentium citatur testis, & nisi his stetur, invocatur vindex. Hic obex positus est spondentibus Regibus, qui arcet transgressuros fixos limites, & repellit, ne honestatis & fidei clathros effringant aut remoyeant. Non omne verò juramentum limitato regno domesticum est. Dantur quædam quasi generalia, quibus Rex juris ac justitiæ administrandæ, utilitatisque publicæ promovendæ curam in se recipit. De his talibus in præfenti nobis sermo non est. Nam absolutum imperium commitari possunt; quum de officio Principis communi & usitato concepta sint. Sed illa hîc capimus, quibus ad aliquid civile obstringitur rex, ad quod aliàs non teneretur; quæ imperii rationem, & formam Regiminis, seu cujuscunque gubernationis, determinant. Hæc sunt propriè imperii restricti juramenta: hæc sunt illa vincula, quibus conditiones consignatas approbat, & sibi servandas regnaturus pollicetur.

XVII. Omnis operatio promissorum & Jurisjurandi vis ac efficacia mihi religione absolvitur: quâ inibitus jurans, nefas esse duxerit, transilire aut migrare limites conventorum. Tenetur igitur stare pactis, nisi omnem reverentiam Numinis excuserit; nisi perjurii infame nomen mereri, & vindictam divinam provocare atque lacescere velit. Nunquam sacra illa asseveratio tuto contemnitur: nunquam juratum Dei Nomen ac Numen, violatumque sublesta fide, maleferiatos homines supplicii expertes dimisit. Exsecrandum nefas est, perjurio temerare sacrum negotium, cujus testis ac vindex Deus advocatur. Quare ab illis quæ semel placuerunt, quæ jurejurando interposito stabi-



stabilita sunt. Princeps recedere hanc potest. Alios effe-  
ctus, alias proprietates Legum fundamentalium ignora-  
mus: fingi solitas ab auctoribus, quæ removendæ nunc  
sunt, ne veritati civili & accuratiõni officiant.

XVIII. Plures Politicorum longè aliter de legibus  
fundamentalibus Philosophantur, dum realem Majesta-  
tem hîc tanquàm in propriâ sede quærunt: eidem ejusmo-  
di attribuent prædicata, quæ plurimas incongruas seque-  
las inferunt. Nonnulli generali quadam distributiõne  
Majestatem partiuntur in Realem & Personalem: ex-  
plicatio verò satis arguit, eam in uno limitato regno  
constitui Auctoribus. Nam præter REINHAR-  
DUM KÖNIG, (n) huc cum reliquis inclinat MAR- (n) Theatr.  
CUS ZUERIUS BOXHORNIIUS. (o) Est & alia quedam Pol. P. I. c.  
ipsius Reipubl. Majestas, que non tam vim imperantium & perso- XXIII.  
nam, quàm vim, statum sive formam, sive incolumitatem Reip. con- (o) L. I. Inst.  
cernit. Illa vel domi adversum Imperantes & subditos, vel foris ad- Polit. c. IV.  
versum externos Principes, & populos facit. Adversus domi Impe- S. 21.  
rantes & subditos, definitur illa, immortâ observatiõne, formæ, or-  
dinis que imperiû semel recepti, legumque, quæ pro eâ repertæ sunt,  
& vulgò fundamentales appellantur. Adversum ceteros definitur  
sui penitus juris, neque alteri cuiquam, vel populo vel Principi obno-  
xia imperiû, tam respectu eorum qui imperant, quàm qui obsequuntur.  
Et in explanatione. Diximus quoque aliam esse Majestatem p. 45.  
imperantium, aliam Reip. quæ distinctio notoria est, quia lædi Ma-  
jestas imperantium potest, salva manente Reipublicæ Majestate.  
Reipublicæ Majestas est, quæ sui juris est, nec cujusquam agnoscit  
imperium. Quam Majestatem Tacitus Ann. III. c. VI. absolute Rem-  
publ. appellavit in Oratione Tiberiû, ubi ait: Principes mortales,  
Rempublicam æternam esse. Planè plebeja & monarchomachî-  
ca opinio. cujus absurditatem insequentibus licebit ad-  
vertere.

XIX. Sed ne cum turba & multitudine nobis res sit,  
Patronum ei dabimus & Advocatum, illustrem THEODO-  
RUM GRASWINKEL, qui, posteaquam cætera eximiè de Prin-  
cipis imperio & ejus indole differuisset, realem tandem re-  
cepit



(p) c. X.

cepit Majestatem, & in limitatum regnum collocavit. Erroris convicit divisores Majestatis: ipse divisionem divisio- nemque imperiorum fover. Quid poterat clarius veriusque dici his? (p) *Verius est Majestatem, sive regni ea sit, sive Regis, ju- nam esse atque eandem planissime, & ipsos, qui sic eam dissecunt, in eo labi, quod non discernant rem ipsam à modo rei habende. Dubio enim caret tum in multorum, quam in unius cujusquam regimine veram esse Majestatem: æque item certum est, aliter Majestatem in hoc, quam in illo regimine haberi: quemadmodum & aliter atque aliter, sæpè etiam pro rerum & temporum articulis. Sed mox deflectit à regiâ via, & in hæc præcipitia se abji- cit: & pactionatum, ut aliqui vocant regnum, hoc in- formi partu gravat. Unde hæc precibus minimè respon- dent: Si regem super omnia constitui contingat, nullo re- servato Jure, protinus illa realis Majestas evanuit ac decef- sit: non item si sub conditione. Videtur hic novitium illud reale imperium cuilibet civitati attribuire; quoties verò regnum absolutè, sine conditionibus & pactis occupat Rex, evanescere dicit: & sic actu manere in limitata Monarchia. Quod passim repetit, expressè iterum: *Introducitur ad regale culmen ac subvehitur rex, per stipulationes, per pacta conventa, aut simpliciter. De simplici autem illo ad regnum accessu non loquimur; Sermo est de eo regno, cujus imperium sub conditione accipitur.**

XX. Antequam Leges fundamentales excutiamus, videamus, quæ absurda realem Majestatem à qualibet Re- publica arceant. Rationes, quibus adstrueretur hoc figmen- tum, nullas reperire licuit hætenus; quibus evinceretur dari Majestatem realem; quare iisdem infringendis non deti- nebimur. Pro confirmandâ sententiâ hanc adfert rationem. *Est suum regno corpus, sed mysticum nempe, ut cuius universitati. Proinde non ambigendum, num sit in eo majestas.* Infirmum ful- crum, quò sustinenda tanta moles. Si cuiq; corpori mystico majestatem realè assignabimus, omnes vici eadem præditi sint oportet. Sed videtur respicere ad Moralistarum quo- rundam somnia, putantium cœtui civili naturaliter adhæ- rere & adnasci imperium eo ipso, quo cœtus aut multitudo est. Id multò magis mirari liceat, descriptionem certam & fixam



fixam non dari. Duratione & superioritate naturâ ejus dicitur absolvi, quod coæva sit regno, cui congenita soli immoriatur: vim in Personalem Majestatem ad dejectionem usque exlerat. Hæc non infrequenter magnificis verbis & oratoriis pigmentis ambitiosissimè diducuntur, nullâ probatione adjunctâ. Quasi verò hominis naturam rectè describam, si dixerim, eum cœpisse hoc anno, hoc mense, hoc die; nec prius mortuum fuisse, quàm collapsum sit hoc ædificium. Non habebis genus, non differentiam, non definitionem. GRASWINKELIO est totius civitatis sponso: sed viderit ne subditorum obsequium in classem Majestatum reponat; quod communi sponso ut plurimum confirmatur.

XXI. Rejicimus hoc dogma, & ipsam realem Majestaté. Non movemur assentientium diseriis, quasi Neoterici tantum Scriptores ex merâ adulatione illam impugnent; Præstantissimis Politicis admittam: eâ destinatione, ut Tyrannidiffertant viam, & ad absolutum dominatum, veluti manu ducant Principem; quem in bona corporaq; subditorum grassari patitur sola Personalis Majestas. Dantur ex recentioribus multi, qui conscientiam nullius imperio Principum mancipatam, nec cujusquam gratiâ emptam, liberam gerunt, & studio nihil dant: ex vetustioribus nullum reperias, cui prodigiosus ille foetus, vel fando innotuerit. Difficultates quæ urgent novitiam hanc opinionem, tot tantaq; sunt, ut unius lineæ ductu non solvantur. Si datur Majestas realis, aut erit superior Principis potestate, aut eidem æqualis, aut inferior illâ. Superior esse nequit. Tolleretur enim Principis Majestas, quam generali pronuntiatione in summa potestate fundari omninò putamus. Jam si Principis potestas superioris arbitrio est obnoxia, summa non est, Majestas non est.

XXII. Quod incautè & incivilliter nonnulli affirmant, administratorem Reipubl. constituentes, omnem Principem: cui collata dicitur Majestas non ratione possessionis, sed saltem usurpationis, ut ea utatur ad Rempubl. benè administrandam. Aliam partem Majestatis commu-



23 nicari, aliam retineri. Summam potestatem administrandi conferri, summam potestatem constituendi & conferendi rempubl. retineri. Hæc etenim si conferretur, Princeps haberet etiam potestatem sibi constituendi successorem, vel alium eligendi. Experientiam verò testari illam non habere, sed hanc solam penes proceres vel populum esse & manere. Imo etiam hoc absurdum inde sequi, quod Princeps semetipsum de folio dejicere posset, quod nemo sanus vel faciat, vel affirmer. Proceres autem & populum eam potestatum semper retinuisse, præstantissimi quique Politici dicuntur statuere. Suspecta Majestas fuerit cujus pars administrationem, altera constitutionem complectatur. Ignota divisio, ignori termini. Forsan juris & exercitii nomen his debet intelligi. nudum verò exercitium Majestatis plenariæ notione venire haud potest. Si una jurium usurpatione Principi relicta est, nulla potestas; tollitur, Monarchia: & omnes versamur in Republica populari: quia Princeps Magistratu gaudet, non majestate instructus est. quæ satis absconsa sunt. Quod Princeps sibi successorem, queat constituere, documento sint hæreditaria regna Hispaniarum Galliarumque, ut alia taceam. Principem abstinere posse regno, & illud hæredi transmittere, saniora exempla nos docent: à populo posse dejici, non nisi seditiosi affirmabunt.

XXIII. Qui subordinationem fingunt, summum tollunt. Quod enim subordinatur primum non est. Si Personalis Majestas subordinatur, non est summa, non est Majestas: cujus indoles in summâ potestate fundatur. Superiorem verò haberet illam, cui subordinatur: & hæc ratione desinet esse & summa & Majestas, & in subjectionem migrabit. Nihil enim simul est, & non est. Non eximitur his scrupulus, quamvis dicas absolute summam, in suo genere non habere superiorem. Nam hæc ipsa nunc urgentur. Principi restrictam administrationem concessam esse, non concluditur eum à populo dependere, ut privari possint regimine si eodem abutatur. Omnia illa evincunt non satis cognitam



gnitam fuisse naturam Majestatis ; & ignorari ejus subje-  
ctum,causam & Judicem, abundè persuadent. Si plenariam  
Majestatem hi tales concedunt esse Personalem, & eam sub-  
jiciunt nihilominus reali ; manent superiora incommoda.  
& pugnantiſſima contradicção verbis subest. Quam divisio  
secundum diversas partes Majestatis, Constitutionis & ad-  
ministratiõnis non tranquillat. Ignorant illas Majestatis  
partes Politici : & cui administrandi facultas competit, illi  
quoque Conservatio affidet.

XXIV. Æqualitatem alicubi defendit GRASWINKE-  
LIUS, quia eadem utrique Majestati prædicata destinata, tum  
quoad originem primam, tum quoad finem. *Realis ergò Ma-  
jestas, inquit, (q) (liceat eam cum cæteris ita vocare) non minus, (q) c. X.*  
*aut naturalis est, aut divina, quàm Personalis. Est enim scribit*  
*Philosophus Ethic. V III. Φύσει ἀρ χηδὸν περὶ τῶν, καὶ πρὸς γένος*  
*ἐν τοῖσιν, καὶ βασιλεὺς βασιλευμένων: tamen omne est imperium,*  
*à natura, non regni minus, quàm regis. Est etiam eadem Majestas*  
*divina, ratione ordinis ; quorsum illud referas, Rex non est in locu-*  
*stis, & tamen ordine omnes procedunt. Et naturalis & divina est*  
*ratione finis: qui ubique idem, summum scilicet bonum politicum, &*  
*totius, atque ejus partium perennis, quantum datur conservatio.*  
*Et in sequentibus iterum : Ergò ut videre est, duo sunt è quibus*  
*ipsa, quanta quanta est desumitur Majestas : imperii absolute sum-*  
*mi scilicet jus, & debita pro illo jure obedientia. Idem imperium jus*  
*esse in reali Majestate, quod sit in personali, dictum est hætenus. A-*  
*libi: (r) Tam autè est à Deo Majestas realis, quàm est personalis: par (r) c. XI.*  
*ergò debetur obedientia. Tam liberum est, Regnum, quod unum sit*  
*corpore, quam Regem, qui unum sit personam, supra se constituere. Hoc*  
*illove constituto, idem imperandi jus statim affurgit, eademque ne-*  
*cessitas parendi. Et principio istius capituli: Ex præcedentibus*  
*patet, utrumque hoc quicquid est, potestatis absolute summa, per se*  
*stare ; ac propterea ad hoc ipsum ut stet, alterum alterius ope aut*  
*conspiratione non indigere.*

XXV. Quod



XXV. Quod si utraque vera Majestas est, altera alteram evertet. Majestas parem in republ. non agnoscit: quod æqualitate summitas tollitur. Potestas summa dicitur, non tantum, quod superiorem in civitate non habeat; sed quod omnia eidem obsequantur. Æqualis alterutra Majestas non obtemperabit. Dabitur ergo aliquid, quod superior non sit Majestas. *Neutrum summum dici potest, cum illa summum sit, quod supra omnia est; ubi verò potestates sunt æquales, neutra dici potest esse supra omnia,* scribit Arniseus. Ipsa civilis ratio obstat, ne duo imperia summa ponamus; quam in ordinis divulsione statuit Arniseus: (s) *Si posueris duas potestates æquales, easdemq; distinctas, quarum neutra in alteram imperium habeat, sed utraq; separatim in inferiores subiectos, jam ordinis natura convellitur, que semper aliquid primum exigit, ne oriatur confusio, quam divisa id genus imperia sequi, alibi planum fecimus.* Mihi videtur momentum politicum in eo versari, quod certissima confusio immineat civitati, si duo summa in civitate darentur, quia alterum alterius actus posset irritos facere, aut actus irritos habere. Nam si personalis Majestas aliquid præcipiat; Realis contrarium consueat: alterutrius decretum frustraneum erit. Subditi enim contraria simul facere nequeunt. Altera igitur evertetur Majestas, cujus sanctio contemnitur à subditis, exsequentibus alterius mandata.

(s) L.I. de  
Jur. Maj. c.  
III.

XXVI. Si fatearis inferiorem personali esse realem majestatem, negas esse majestatem. At excutiamus nunc penitus Leges fundamentales, quibus adhærere dicitur Realis Majestas. GRASWINKELIO, *qua absolute summa potestas est, in fundamentalibus regni legibus, earumque conservatione, observantia & executione tota consistit.* (t) & mox: *Hæc quidem leges non modo instrumenta sunt Regni, nempe ut ejus administratio secundum ipsas sit dirigenda (quemadmodum Leges instrumenta regnandi sunt) sed ita immediate ac principaliter ipsum spectant, ut ipsum in iis consistat & subsistat.*

(t) c. X.



## DE MODO HABENDI MAJESTATEM,

### DISPUTATIO ALTERA.

Hic antiquissima cura nobis fuerit, ad Majestatis naturam exigere Leges fundamentales; & scrutari, num patiatur applicationem, quæ isti sunt domestica. Apparebit statim Imperii indolem summam potestate instrui, quæ per omnia civilia diffusa est. Id Legibus fundamentalibus non congruit: nisi Legislatoriam potestatem, principalem Jurisdictionem, pacis & armorum arbitrium, vectigalium & tributorum extractiones; & quæ sunt reliqua superiorum insignia, eisdem adscribamus. Transferamus singula Jura ad leges fundamentales, comparemus invicem omnia: ne unum quadrabit. Habentne potestatem legem condendi, interpretandi, mutandi & antiquandi? num exercent inter partes supremum judicium, & eam auctoritate decidunt controversias, ut ad altius tribunal litigantibus aditus obstruatur? num instituunt Magistratus & officiales præficiunt sacris, profanis, civilibus, militariibus? Nemo hæc facile dixerit. De quo negantur omnes partes & singulæ, de eo totum dici haud potest: cui definitio non cõpetit, illi nec definitum. REINHARDUS KÖNIG fateretur, Realem improprie esse Majestatem: quod fati est, destruendam sententiæ. Nam quæ improprie dicuntur esse, talia non sunt, qualia dicuntur. Majestatem rei inaniam tribui non posse, vidit illustris GRASWINKEL: *Quod ne quemquam turbet, rei scilicet inaniam tribui Majestatem; cavillari non decet, non ades, non vici, non civitates regnum constituunt, sed homines.* poterat adjicere Leges fundamentales, quæ certè animalem vim non habent.

XXVII. Vestigemus attributa. Origo naturalis est, divina est. Applicentur hæc; & leges fundamentales Jure naturali, & Jure divino erunt præscriptæ. Ubi nunc est sponso civitatis? Si naturalis origo est, omnium cordibus erit inscriptum, quales leges esse debeant, quibus pactis absolvantur. Aut nos non sumus homines, & juris naturalis capacia subiecta, qui præscriptum illud naturæ ignoramus: aut ficta erit naturalis origo. Id sequitur etiam, in omnibus Rebus publ. eandem debere esse leges fundamentales. Nam

C

quæ



quæ à natura constituta sunt, ubique similiter se habent. Ut taceam, nullum imperium à natura descendere. quod alibi vidimus, & ab GRASWINKELIO in antecedentibus eximie erat ostensum. Si divini Juris sunt, ostendat nobis in sacris litteris paginam, quâ id definiatur: aut qua fundamentales regnorû leges sanciantur, concessa eis majestati reali.

XXVIII. Præterea cœva hæc Majestas regno est, cui perpetuò inhæret. de quo ita GRASWINKEL: *Et hæc quidem Majestas, cum sit realis, tanquam regno congenita & cœva spectatur. Eadem etiam neque esse desinit, nisi cum regno. Non hanc delibant interregna, non discordia, non fatales imperiis mutationes, dum ne totum regnum subvertant, aut evertant. Ipsa regni basis, ipsa fulcrum. Hoc Palladium illud est, hæc delapsa celo Ancilia, hi denique æterni Vestæ ignes, quorum pervigili custodia, tutelaque totum imperii corpus conservari veteres fabulabantur.* Splendida nomina: sed illud dolendum, quod fabulosa. Cavillatio in voce regnum latet. nos appellamus à rege, & vocamus Monarchiam, in qua unus rex imperat. Ubi igitur rex, ibi regnum, ibi imperium. Sed præter Regis Majestatem nullam deprehendimus. Quamprimum rex extinguitur, non amplius regnum est, non imperium adest, non respubl: sed materialis civitas.

XXIX. Pone Leges fundamentales, procul dubio non præsentem Rege nullæ erunt in civitate. Nam limitatum Principem concernunt & obligant, sed ubi nullum subiectum obligationis adest, cessat ipsum obligans. Legum fundamentalium essentia in obligatione ad præscriptam conditionem ponitur: quamprimum autem persona, in quam conceptæ sunt remouetur, expirant ipsæ: quod absit, qui observet. & demum reviviscunt, quando alium in decedentis locum obstringunt. Sicuti semper imperans desinit imperare, quoties subiectum deficit, quod imperio sibi devincit, à quo obsequium postulat. Deficiente igitur Rege pacifcente, deficit lex fundamentalis. Ergo non diuturniorem perpetuitatem obtinet, quàm personalis Majestas.

XXX. In reali quoque latet. Personalis Majestatis fun-



fundamentum, sine quo nequit subsistere. Iterum GRASWIN-  
KEL : (u) Certè nec in realem ac personalem Majestas dissipari  
posset, nisi vel huic, vel illi ab altero sit habendum actionis aut motus  
principium. Nec enim summi ipsius aequale quid sit, ne dum aliud  
summum. Quandoquidem hic ergò de Regno, ut de summo est ser-  
mo, deq; ejus reali Majestate, quam nulla sit qua aequet, nedum vin-  
cat. planum est, eam, personalem Majestatis, qua in ipso illo regno  
existat, velut causam ac fundamentum esse : cujus causatum, &  
velut fundamento superestructum sit Majestas personalis. Hæc  
autem inter se dissidere non possunt : sed tamen, causam tolle, causa-  
tum nequidem erit : idem & de fundamento dicere verum est. Ex  
adverso, cò sublato, quod superestructum fuerit, non desinet fun-  
damentū esse capax alteri superestructuēdi, nec sublato causato, cau-  
sā potest, & deficiet, se se in aliud similiter à se aut causatū, aut causā-  
dū promovēdi. Quod in sequētib<sup>9</sup> magis diducit : De<sup>9</sup> Regi in se  
considerato est immediata causa cause : idem est Deus immediata  
causa regni, in se ac per se considerati : sed respectu regis, ut ab ipso  
regno ad fastigium regale subvecti, causa causati est, & media.

XXXI. Respondemus ; fundamenti nomen non esse  
Politicum. In attributis domesticis & genuinis, propriis u-  
tendum est vocabulis. Nihil magis confusionem in discipli-  
nas invehit, quam si in dogmaticis præceptionibus peregrina  
vocabula usurpentur. Interim sententia falsa est. Jam  
factus erat Noster, utrumque illud, quicquid est potestatis  
absolutè summæ, per se stare ; ac propterea ad hoc ipsum ut  
flet, alterum alterius ope aut conspiratione non indigere.  
In mox sequentibus dicit ; non posse hæc duo, Regem & Re-  
gnum simul consistere, si ambo sibi relinquuntur, aut in sei-  
psis principium agendi habeant. Non hæc ultima primis  
respondent. Et inspiciamus ipsam rem. Potestné Majestas  
dari sine Legibus fundamentalibus ? Omnis ævi monumen-  
ta affirmabunt, & superius adducta satis convincunt ne-  
gantes, & ipse Auctor concedit, Regem super omnia constitui  
posse, nullo reservato jure ; & tum realem Majestatem evanescere  
atque decedere. Amphora cæpit Institui, vertente rotâ cur ur-  
ceus exit ?



XXXII. Hic simul cadit illud, principium agendi à reali proficisci. Quocunq; sensu accipias verba, certum est, principium actionis hinc veram causam esse, quæ facultatem agendi præsupponit. Nam omni causæ efficacia tribuenda est, quæ effectum producat, aut secundum indolem suam operetur. Nunc inquirendum rursus erat, num Jura Majestatis singula resideant penes leges fundamentales, & exserant se in Imperante. Num Jurisdictio, num belligerandi facultas inibi delitescat. Nemo has, aut alias inveniet, quare nec principium actionum imperatoriarum inde repetendum. Ubi nulla efficax qualitas, ibi nullum datur actionum principium.

XXXIII. Id nunc videamus, an leges fundamentales majores rege & regno sint. Asseverant id in commune, sed sine principio aliquo politico, sine ratione civili. Id enim fundamenti loco supra posuimus; manere supremam potestatem penes regem, quamvis dentur leges regni. Hæ enim non habent sublimiorem facultatem, quam Principis forsan fuerit; & præter hanc nemo datur imperante superior. Major igitur non rege est Lex fundamentalis. Regno quoque potiores esse GRASWINKELIUS statuit: eò argumento, quod ab universa civitate nequeant immutari. Quid sibi volunt tamen æqualia illa utriusq; Majestatis prædicata, de Origine, de fine, de ipsa potestate? Non æquales erunt, si altera major. Ipsum regnum constituere hanc Majestatem supra affirmaverat, ergò regnum se ipso majus erit. aut civitatem per regnum capit & subditos; de quibus præcedentia attributa nunquam vera pronunciamus. Minimè hæc congruent accurationi & subtilitati Politicæ, per regnum ego populum nunquam intellexerim. multò minus impetrare à me potero, ut credam, leges fundamentales immutabiles omnino esse, aut Principem transgressorem, violentâ manu, jure posse coerceri ac castigari. Illud intolerabile est, Principem pœnam dare Majestati reali. Hoc est illud signum, quod ad seditiones & parricidia Regum horrendo & execrando conatu turbato.



tores rerum publicarum toties sustulerunt. Recense mihi cædes Principum, & vix ullam numerabis, cujus causa vel prætextus non fuerit populi in Principem simulata potestas.

XXXIV. Sed verba ipsa introspeciamus: *Totius imperii jus*, inquit, *(x) sic in hac majestate consistit, ut de ipsâ recte dici possit, quod sit communis totius Reipubl. sponso.* In tantum quidem, ut vel ipso etiam regno major esse non obscure videatur: cum qua absolute summa hic potestas est, in fundamentalibus regni legibus, earumque conservatione, observantia, & executione tota consistat: Leges autem illæ sacrosanctæ sint, ut ne quidem ab ipso regno in præjudicium posterorum tolli possint. Uti que ergo vel hoc nomine, atq; in tantum Majestas illa Regno excelsior reputari debet, quod neq; ipsum regnum, illam à se possit abdicare, ac vel in totum vel in partem imminutam ad posteros transmittere. Quod si contingat eam Majori vi, fraude, dolo, aut quocumque denique modo, prædictis legibus oppressis immi-  
nui, piæ sunt ad eam reddendam posterorum vindictæ, justæ arma, & quæ citra ullam alicujus contradictionem, ex æquo se DEO atq; hominibus probatura sit violentia. Sensus verborum ille fuerit: adeo fixas & firmas esse leges fundamentales, ut neque Princeps contra præscriptum earum moliri possit quicquam, nec universæ civitati potestas assideat; eas immutandi. quod habet modò allegatus locus, & illa sequentia repetunt: Ideoq; ut parricidæ sunt ipsius regni, quicumque in hæc istas fundamentales ejus leges involare atque committere ausi fuerint. Civiliùm aliarum legum naturam non comitatur immutabilitas. pro arbitrio imperantis sanciantur, ex hujus sententia abrogantur: libertate & auctoritate perpetua. Idem de legibus fundamentalibus videbatur esse dicendum. Nihil absurdi obstat, quò minus civitas illas leges possit negligere, & si ita è re communi videatur esse. Principem eligere nulla stipulatione adjectâ.

XXXV. Præsentium res hic agitur, non posterorum. Si civibus expediat status purus & absolutus, non querentur



cur posteriori, de mutatione. Horum nihil interest, & bonus civis presentis reipubl. statu placidus acquiescit. Excrescenda est illa violentia, & Deo atque hominibus exosa, qua tranquillitas semel constituta Monarchiæ turbatur. Si quicquam seditiosum fuerit, hoc dogma eam notam meretur. Tumultus, bella civilia, rerum omnium confusio sequetur, si ea potestas secuturis subditis relinquatur, ut placitam & constitutam formam civitatis possint convellere. Nulla respubl. sibi quietem polliceri habebit. Sed quò jure quæso id efficient posteriori? Præsentes non coacti, non jure aut vi alicujus pacti, aut stipulationis, sed proprio suo, libertatisque sue, imperii sui, exigunt illam sponsonem. Quod liberrimam totius Reipublicæ voluntate introducitur; quidni possit eadem voluntate dissolvi.

XXXVI. Non congruunt immotis sancitis, quæ habet alibi: (y) Proinde nihil intercedit, quo minus ipsum regni corpus & retinendi & amittendi juris sui sit dominum. Cui verò id juris est, quin id aut retinere, aut abdicare à se, sive in totum, sive pro parte possit, in controversiam vocet nemo. Ergo hominibus liberis tam fuit in proclivi, absolute se alteri gubernandos regendosque permittere, quam sub conditione: & viceversa. Ubi nunc Posteriorum vindicta? ubi illa violentia, ex æquo se DEO atque hominibus probatura, citra ullam alicujus contradictionem, quæ contradicentem ipsum habet auctorem? Judicet Lector, num hæc prioribus concinant. Deleantur ergo ista; quod neque ipsum regnum illam potestatem à se possit abdicare, ac vel in rotum, vel in partem imminutam ad posteros transmittere. Deleantur & ista: Semel his legibus constitutis, omnis ab iis deflexus nefarius est, omnis contradictio sacrilega, omnis ad eas subruendas conatus extremis suppliciiis expiandus. Mutari poterunt igitur ab universâ civitate consentiente Leges fundamentales: unde nec universâ republicâ erunt superiores.

XXXVII. Cætera non minus periculosa sunt. Non id tantum agi putat, ut Princeps jurans religiose fidem ferret; ut sanctis effatis reverentia constet & efficacia; aut se-



secus si fiat, Deum vindicem habeat perjurus: id potius  
effici, ut subditorum religio solvatur nullis adstricta vincu-  
iis. Accedit meritum poenæ, ut Principis, à tenore jura-  
menti abeant, & ætus nullus sit, & irritus ipso jure, & trans-  
gressoris conatus qualibet ratione possit sufflaminari ac  
coërceri, qui ipso jure, ipso facto excidit statione. Verba  
ita habent: (z) *Exigitur ut præstitum hoc juramentum excipi-* (z) c. XII.  
*at realis præstatio, que ea omnia & singula examusim perficiat,*  
*quàm fuerint promissa: secus si fiat, hoc agitur, ut habeat perju-*  
*rurus vindicem Deum à suâ parte: ab alterâ id est à parte Regni,*  
*ut agat soluta, & sit per hoc perjurium nullis adstricta vinculis*  
*Regni & subditorum Religio. Et in subsequentiis. Ubi præ-*  
*statur jurejurandum pro jure regni, quaritur confessim subjectis*  
*duplex jus; primum, leges fundamentales Regni sacras & rectas*  
*conferuari debere; posterius, id ni fiat, quod & è vestigio liberum*  
*sibi sit, ad implementum jurejurando sancitorum, contendendi*  
*atq; annitendi, vel per istiusmodi vias atq; media, qua naturalis*  
*sui defendendi ratio, & à se vim atq; injuriam procul habendi*  
*cura, vel nullis legum formulis id sancientibus, justa per se di-*  
*ctat esse ac legitima.*

XXXVIII. Id quidem affirmamus, non debere præ-  
scriptam normam transilire Principem; nisi perjurii accu-  
sari velit, & execrandi criminis reus agi: sed Judicem præ-  
ter Deum neminem agnoscit; nec poenam, præter divinam  
vindictam. Obsequium negari posse, constantissimè nega-  
mus. Obligatur ad parendum subditus, non quia juravit  
Princeps, sed quia imperium habet. Si obsequii proxima  
causâ foret pactum, eò sublato forsan tolleretur: nunc ob-  
sequii obligatio immediatè ab imperio descendit. hoc vio-  
latione pacti non evanescit, nisi populum superiorem ac  
Judicem constituamus: sed ex præcedentibus cognovimus,  
populo nullum Jus Majestatis relictum esse: quare non erit  
superior; nec regis perjuri potestatem ad se trahet.

XXXIX. Pejerans fortean Princeps pristina statione  
excidit ipso jure? quod vult GRASWINKEL. *Sin legibus, in.* (aa) c. XI.  
*quit, quas admiserat calcatis, excusso, cui se submiserat, imperio, ty-*  
*ran-*



annidem Rex affectet, ipse quidem dum res novas molitur sibi  
causam status mutat, sed nequaquam Regno. Namque aut successus  
eum destituit, & fundamentum libertatis manet inconcussum: aut  
fit voti compos, sed manet tamen Regno suum jus; ille verò dum ipso  
jure, ipso facto excidit statione in quam erat subiectus, adversum  
omnes, regno libertatem vindicare & reasserere nitentes, agit im-  
profectus. Arbitrarer hanc materiam examinandam esse, se-  
cundum ea, quæ de malo Principe traduntur alibi. Bonitas  
& virtus imperii naturam non constituit; malitia & perversus  
animus non infringit. quare cum alia scelera Principem  
non exuant majestate, nec perjurium id fecerit.

» XL. Repetimus denuò superiùs tradita, & dicimus;  
» separandam esse à reliquis Rempublicam mistam, & maxi-  
» mè Aristocratiam, ad modum Monarchiæ secundum ad-  
» ministrationis formam regnatam. Hæc cum Regno, quod  
» habet Conditiones fundamentales nihil commune obtri-  
net. At Princeps tamen hac conditione in solum evehitur,  
ut pacta præscripta servet. Benè. Sed hæc electionem con-  
cernunt, quæ cum ipso imperio nunquam eadem est. Nisi  
jurasset in ea, quæ stipulabatur populus, non fuisset electus:  
at postquam electus est, postquam imperii potitus, non de-  
finit manere Rex, licet promissis non steterit. Nisi eviden-  
tissimis documentis clarum faciant, perjurium esse perpetuam  
causam amittendi regni: & ita punitos in continenti  
perjuros, ut privarentur imperio. De qua tamen dejectione  
expressa declaratio in divinis oraculis debebat legi; & De-  
us ipse præsentissimo interventu exauctorare pejerantem;  
alioquin subditus imperio solutus non exit, & obsequio de-  
bitum non liberatur. Nam in multitudine non datur, qui im-  
perium à perjuro possit repetere. Superior Judex, qualis po-  
pulus non est, in adimendæ majestatis actu, suam auctorita-  
tem interponit: id nisi fiat, præsens restat imperium, cui ob-  
sequium debetur.

XLI. Meritum pœnæ figmentum est, non satis lauda-  
bile. In capitulationibus nec adjicitur clausula illa pœnalis,  
nec ex natura rei surgit, aut surgere potest. Quin illud asse-

yc-



verare non dubitem, si maximè adjiciatur; si rex fidem fallat, ut tum regno cadat: ne tum quidem regno posse exui, aut temporarium effici imperium, nisi sponte decedat Princeps solio. Benè GROTIVS annotat manere hanc conditione summum imperium. quod si verum est, sicuti verissimum, nemo contra poterit insurgere; nisi reus velit reputari Majestatis. Locum sibi apprimè vendicant, quæ differentia loco GRASWINKEL de personali Majestate, hoc est, regno absoluto, superiori contrariâ vocis usurpatione, prædicat. Modo Majestas adfit, ne quidem per somni umbram pœna ad eam se penetrabit. licet fiat, quod ab Jurisjurandi religione abeat diversum, tamen id valiturum, pronunciat. neque esse censet, ut ex capite jurejurandi non servati nullitatis sic arguatur, ut omni effectu destitutum, summo velut de culmine cadat in ruinam. Omnino politica utitur illatione, ob præsentem Majestatem: sed eadem debebat uti in declaratione regni limitati. nam & tum imperium præsens adest, non precarium, non fictum, non subjectum alicui.

XLII. Nescio quo excusationis obtentu & velamento tegam CL. ARNISÆI opinionem (bb) quâ (bb) L. I. de putat; pactis fundamentalibus contractus inter Regem Jur. Maj. c. & subditos contineri, à quo si alterutra pars recesserit, VI. n. 11. 12. nec alteram obligari; regemque pactonatum, ubi pactum non servat, deponi posse. Recenset aliqua, nimis abjecta Juramenta, quarum clausulam sic explicat: Illud verò, quod in fine additur, ab obedientia solutos fore subditos, si Rex in aliquibus saltem fidem violet, manifestissimum argumentum præbet, regi nullam competere potestatem, nisi ex pacto, quod in Electione Sigismundi III. aperte apparuit, cum regni Cancellarius Zamoscivus ita eum alloqueretur: Quandoquidem viderent ordines, Majestatem Regiam pactis con-

D

ven.



ventis stare nolle, non debere ipsius Majestatem in malam partem interpretari, si ordines obedientiæ ipsius Majestati renuncient. Si velimus exemplis æstimare principia civilia, & ad factorum normam exigere, nihil certi & fixi, aliquando nihil justii habebimus. Si verus Rex fuit Sigismundus, si vera Majestas Regia adfuit, non poterat renunciari obedientiæ. Quanquam Poloniæ regnum singularem postulat sententiam.

(co) L. i. d. J. stabant perjuris obsequium; sed mortuos indignos regni sepulturâ judicabant, de quo ita GROTIUS: (co) B. & P. c. III. n. XVI.

L. III. L. I.


XLIII. Civilius aliqui, etiam barbari populi, præstabant perjuris obsequium; sed mortuos indignos regni sepulturâ judicabant, de quo ita GROTIUS: (co) B. & P. c. III. n. XVI. Apud Persas rex, summo cum imperio erat; tamen & jurabat cum regnum adiret, quod Xenophonti & Diodori Siculo notatum, & leges certâ quadam formâ latas, mutare illi nefas erat. Idem de Æthiopum regibus tradit Diodorus Siculus. Eodem tradente Ægyptiorum reges, quos tamen ut alios reges Orientis, summo imperio usos non est dubium, ad multarum rerum observationem obligabantur: verum si contra fecissent, accusari viri non poterant, sed mortuorum accusabatur memoria, & damnatis adjudicabatur solennis sepultura, sicut & Hebræorum regum, qui malè regnassent, cadavera, extra proprium regibus locum sepulta. egregio temperamento, quo & sanctimonia supremæ potestatis maneret, & tamen futuri judicii metu reges à fide mutandâ retraherentur.

XLIII. Unde verò illud Jus quaritur subditis, ut regni leges factas tectas conservent & ad complementum Jurejurando sancitorum quacunque via aut vi contendant. Duplex remedium prostat, quò immorigeros in ordinem cogimus, judiciorum auctoritas, & belli imperiosum Jus: neutrum subditis domesticum est, sed Majestati proprium, quæ integra penes regem, qui vel Juramento aliquid promissit, dicta est residere.

Na-



Naturalis sui defendendi licentia contra Principem,  
 quadantenus videtur permittenda; sed cave, offendendi  
 conatum eâ voce includas, & violentiam legitimam  
 in principem pessimè interpreteris. Nunquam innocens  
 erit qui sacram potestatem sacrilegâ manu temeraverit:  
 & contra Rempublicam fecisse dicendus est, qui tam  
 seditioso telo subditum armat. Licebit GRASWINKELII  
 verbis exprimere indignitatem tumultuantium conclusionum,  
 & inquietas sequelas indignante animo averfari:  
 & feralia scita omnibus calculis damnare. Hæc sunt illa,  
 quæ obedientiam revellunt, factiones suscitant,  
 seditiones armant: in bella civilia, nec parâda,  
 nec habenda, per bonas artes, protrudunt. quæ  
 exesse utique fas erat. At quid exesse dico? quin  
 demergi in horrendas abyssi tenebras; & eò ablegari,  
 ubi neque nomina neque facta, non Pelopidarum,  
 sed Realis Majestatis audiantur. Hæc vix nominanda  
 vocabula originem suam non aliò referunt, quam ad  
 vastas illas, & tantis animis agitataas disputationes  
 de Jure summæ potestatis, quæ orbem Christianum non  
 modo exercuere, sed & horrendo parricidiorum,  
 bellorumque Civilium, & impiè fusi sanguinis profluvio,  
 dolendum magis an execrandum in modum? toties  
 totque ab hinc annis inundavere. Nam si in reali  
 Majestate locum illa inveniant, quod fateretur  
 GRASWINKEL, quàm turbulenta doctrina illa sit,  
 vel proprio auctorum testimonio discere licet. Non  
 illam atrocitatem molliunt ficta Tutorum regni &  
 libertatis, cujus servitus ac ruina vel gravi bello  
 posthaberi debet, nomina. Hæc ipsa sunt incentiva  
 seditionum, mentita subditorum potestas, & speciosum  
 vocabulum libertatis: quæ florentissimis regnis  
 discordias, tumultus, bella civilia, vastitatem,  
 ruinam accelerant.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.





00A 6297

ULB Halle  
002 927 276

3



h + 56. f

V0 77


Rebo












Farbkarte #13

B.I.G.



Majestatem  
to  
RICI Horns/  
TABIT  
DRUS à MAXEN.  
R/

6  
99  
A. D. XX. A.  
PRIL. Anno  
c1o lxxi.

Republicarum  
mpatiens est, & in civi-  
s potestates regnatrices  
det imperantis unitate:  
io imperio, vel mutatur,  
Non uno interim & æ-  
procedit ubique; & sibi  
aut omnibus ostentat.  
um quilibet statuendi  
andi, nullis legibus con-  
xferit: & quicquid è re  
nscunque intercessione  
gnat. Plurimæ quoque  
ère; ausæ, quasi aggeri-  
pèrcere; ne in infinitam  
aret. Jamdudum est,  
is vinculis alligata sce-  
s bellicosa gentis fero-  
um pulsavit, & severæ  
nerosa sublimioris spi-  
n indignabunda dete-  
ipublica cognitionem  
MAJESTATEM, non igno-  
entum. Cujus ingeni-

tur modo: uno abso-  
Istò integrum imperi-  
bitu & liberrimo arbi-  
triò

